



intentioni, veluti conditioni eam ponent in statu universalitatis. in quo sensu non sequitur ipsam esse predicabilem nec ut *Quod*, nec ut *quod*, nec ut simplex conditio, sicut etiam abstractio ab inferioribus, quia requiritur simplex conditio praevia ad constituendum naturam proximam praedicabilem de multis, idem non praedicatur ipsa, nec ut *Quod*, nec ut *quod*, & hoc totum consonat ei, quod docuimus q. 2. ut praeced. disp. art. 1. in sol. ad 2. ubi diximus, relationem universalitatis in praedicatione exercita non esse praedicatum, sed conditionem praedicati. Si tamen velis intentionem appellare rationem formalem; quatenus est forma denominans naturam proximam praedicabilem, tamen quod natura ex se habet modum essentialiter praedicandi, ut contredit Averl. qui non vult intentionem appellare simplicem conditionem, non repugnamus; hanc eandem sententiam tenet de mente Doctoris Meurii. lib. 2. suae Met. c. 3. q. 5. & Orbellus c. de gen. ait esse factis probabilem.

10 Si verò loquamur de praedicatione signata, & de hac definitionem generis intelligere velimus; tunc dicendum est ibi proprie, & per se intentionem generis definitur, quia talis praedictio est propria secundum intentionem, & illis convenit ut *Quod*, genus enim per secundam intentionem illud est, quod tali genere praedicationis de pluribus specie differentiis praedicatur. Quia tamen signum respicit signatum, & secundis intentionibus utitur logicus, ut signis primarum, idem dicendum non definitur a Porphyrio. solum intentionem generis, sed ut concernit naturam, cuius est signum, ita quod cum dicitur, *genus est illud, quod praedicatur*, & c. sensus est, quod genus est secundam intentionem applicabilis illi naturae, quae verè, & exercitè de pluribus specie differentiis affirmatur. Utrouque igitur modo potest explicari definitio generis, sicut & aliorum universalium, & forte hac de causa postquam eius essentiam indicavit per praedicationem signatam dicendo, *Genus est illud, quod praedicatur*, & c. statim exempli atulit in praedicatione signata, quod homo est animal, & equus est animal, ut nimirum per id significaret posse explicari essentiam generis, tam praedicatione signata, & secundam intentionem in ordine ad intentionem. Neque Doctor q. 11. recedit à prima opinione, ut à nobis est explicata, licet ad secundam magis inclinet, cuius rei signum est, quia ad argumenta, quae contra ipsam obicit, solutiones adducit, nec illas resistit, ut ibi Expositores advertunt, unde dumtaxat non solvit, quia procedit contra illam opinionem sic intellectam, ut res esset, quod definitur intentione, quae definitur, in quo sensu sustineri nequit, ut supra declaravimus, quod ut magis pateat, libet ea hic producere cum eorum solutionibus ibi à Doct. posit.

11 Obicitur ergo, probando rem esse non posse principaliter definitum in hac definitione generis, & etiam aliorum universalium. Tum quia logicus per se considerat secundas intentiones, prius vero non nisi per accidens, quia tenus fundamenta illarum, ergo & illas tantum definit. Tum quia si rem definitur logicus, & non intentionem, tunc effectus artifice realis. Tum 3. Quod hic definitum, sicut vocum est ad omnia, quae possunt denominari, genera sive sit ens reale, sive rationis, sive substantiae, sive accidentis, sed nihil reale ad hoc omnia datur univocum, ergo non res, sed intentio definitur. Tum 4. si res sub intentione definitur, tunc res per accidens definitur, quia per hoc, quod intentio sibi accidit, & tunc enim sequitur, quod si per accidens definitur, absolute dici debet non definitur, quia definitio convenit definito per se, non per accidens. Tum tandem formale definitum debet esse, quod ipso nomine formaliter, & per se importat, sed nomen concretum, ut in proposito est, non significat formaliter, & per se substantiam, sed tantum pro connotato, ut diximus disp. 2. q. 6. art. 2. ergo generitas, non natura hic definitur. Confirm. quando definitur aliquod concretum accidentale, definitio ita cadit supra formam concretam, ut explicite tantum esse formae, substantiam vero pure denominative se habet, & solum denominatur definitur, ergo ita erit in proposito. Probatur a sumptum, cum enim dicimus album est digregativum visum, nullo modo explicatur natura subjecti, sed solum accidentis, & ideo definitio quidditative cadit tantum supra formam; & hoc est praecipuum fundamentum secundae sententiae.

12 Resp. ad 1. & 2. quod hic non definitur sola res, sed res sub intentione sensu iam explicata adducit Doctor hanc solutionem, nec ipsam recedit, quia vidit sufficienter satisfacere, nam revera partem referre dicitur, quod logica fit de secundis intentionibus applicatis primis, vel de primis substantiis secundis, quia quocumque modo dicitur, semper salvatur, quod logica fit scientia rationalis, & per se considerat secundas intentiones, ratio est, quia uno, vel altero modo dicendo, nunquam a se feritur, quod res solas, & nudas consideret, sic enim esset artifice realis, sed ut denominata, & affecta secundis intentionibus, sub qua formalitate considerat non sunt materia idonea facultatis realis, sed rationalis, ut est logica.

Ad 3. dicimus argumentum illud verum in omni opinione, nam etiam secundam afferit non definitur intentionem solum, sed connotatum substantiam, unde adhuc in illa opinione queri potest de unitate illius connotati, vel enim est aliqua res particularis, & hoc non, quia substantium non esset proportionatum formae, quae ibi applicatur, quia secundam intentionem generis hic definita non est generitas haec, vel illa, sed generitas in communi; ergo pariter res connotata per hanc secundam intentionem erit communis omnibus, quae possunt à tali intentione denominari. Ait igitur Doctor, quod res illa, quae hic definitur, non est una unitate univocacionis, sed tantum habet unitatem proportionis, modus tamen, quod hic definitur, est univocum omnibus generibus, quia omnimodum eodem modo conveniunt in modo

praedicandi de suis inferioribus, quam responsonem non improbat Doctor, sed sequitur, notat ibi Maur. & amplectuntur Recentiores omnes, quos valde exercuit hoc argumentum, ut est videre apud Hurtad. Arias, & alios hic, qualis autem fit unitas proportionis, declaratam est disp. 2. q. 5. art. 1. Quod si urgeatur hanc unitatem non sufficere, aut aliquid fit definibile, quia definitio possunt in definito unitatem univocacionis, si enim definitio est una, definitum quoque est de eodem unum, ut fit cum ea convertible. Dicimus cum Doctore ibidem, saltem adesse unitatem univocacionis ex parte modi, quo natura diversae sunt capaces intentionis logicae, & hanc sufficere, ut definitio generis fit una, & eique unum correspondeat definitum, ut dicebamus supra.

13 Ad quartum valet illud argumentum contra primam opinionem, ut dicebamus supra intellectam; quod secunda intentio fit ratio formalis, per qua natura constituitur de pluribus praedicabilis, tunc enim bene concludit argumentum, quod sicut talis intentio accidit naturae, ita etiam & praedicabilitas, & definitio generis per accidens tantum, & denominative convenit naturae, sicut definitio albi ideò per accidens convenit parieti, quia accidit ei albedo. At iam docuimus quod Licher. universale praedicari de pluribus essentialiter ratione naturae in illis inclusae, intentionem vero esse dumtaxat conditionem, quae eam in alio proximo constituit ad exercitum talis praedicabilis, & ideo fallum est, definitionem generis convenire naturae ratione ipsius intentionis in eo sensu: sic dicimus ignem de se esse potentem ad plura calefacienda, approximationem tamen esse necessariam, ut fiat in actu proximo ad exercitum virtutis calefactivae; & nec tamen licet hinc inferre, quod approximatio fit ratio formalis calefacendi in igne, quia concurrat tantum ut conditio, quam doctrinam etiam recipit Amic. cit.

Ad quintum valet illud argumentum, quod si concretum accidentale non solum definitur potest ratione formae, ut cum definitur album esse digregativum visum, sed etiam ratione substantiae, ut definitur album esse substantiam habentem albedinem; quo calidum certum est, albedinem non definitur, etiam si nomine albi principaliter significatur albedo, sic igitur in proposito genus est utique nomen concretum principaliter importans generitatem, hanc tamen genus definitio, fit de praedicatione exercita intelligatur, non convenit hinc concreto ratione formae, & intentionis, sed ratione naturae, ut intentioni substantis, veluti conditioni, per quod etiam patet ad Confirm.

ARTICULUS II.

An definitio generis sit rectè assignata.

14 Pro res à definitione generis intelligentia not. est quod concreta accidentalia, ut in proposito est, non possunt definitur per substantiam, ut cum dicimus, quod album est res habens albedinem adhuc tamen etiam definitur possunt per proprium genus, & differunt tamen, ut bene notat Didacus disp. 6. q. 2. immo hęc definitio est per seior illa. Ratio est, quia ut notat Tat. q. 1. ante praed. du. 2. ex Scoto i. d. 3. q. 4. in fine, est definitur concretum accidentale per substantiam ut cum dicimus album est res habens albedinem, talis descriptio non est nisi quaedam nominis explicatio, & non per se explicatio significati, quia nomen concretum de per se significat substantiam non importat, sed tantum de connotato, & de modo significandi; perfectius igitur definitur concretum, si definitur per rationem eius accidentalem superiorem etiam in concreto, dicendo v. gr. album est coloratum digregativum visum, unde definitio concreta in hunc modum, imitandus semper est modus, quo ipsa forma definitur in abstracto (servata tamen connotatione) ut v. gr. si in abstracto definitur albedo per colorem, non per corpus, album etiam definitur debet per coloratum, quod est connotativum genericum, & superius ad album, quod totum innuimus disp. 2. q. 6. art. 2.

Ad inquit Thomae Sonc. 7. Met. qu. 6. Zanard. ibidem qu. 3. Ruvius in Log. qu. 3. Complut. cit. qu. 2. Masius hic, & alii ex D. Thomae interpret. lect. 4. & de ente, & essentia ca. 7. concreta accidentalia definitur per substantiam tanquam per proprium genus, & ideo in definitione concretorum alid genus ab isto non esse querendum. Sed hac doctrina non est recipienda, quia est concretum accidentale potest, ac debet definitur per substantiam, tanquam per extrinsecum additum, ut docet Aristot. 7. Met. cap. 13. non tamen tanquam per genus, quia genus definitio est attributum intrinsecum, & essentiale rei definitae, sicut substantium non est intrinsecum formae. Si dicas, saltem intrinsecum esse toti constituto accidentali. Contra est, quod tale constitutum est ens per accidens, cui definitio non competit; quia hinc substantiam sic consideratur nequit dici genus logicum illius constituti v. gr. albi, hoc enim est coloratum, unde ad immutatum nequit dici nisi genus physicum, quatenus est substantium informatum, & denominatum à forma accidentali; unde disp. 7. Phys. qu. 2. art. 1. ubi rursum hanc Thomistica doctrina repellitur.

15 Sed instant Complut. cit. dub. appendit, nulla tenus posse accidens in concreto definitur per concretum superius loco generis, quia tunc idem esset modus significandi, & definiendi concreti, & abstracti, & utriusque definitio esset aequè perfecta in ratione definitionis, & utrumque aequè proprie collocaretur in praedicatione. Resp. neg. sequelam, quia etiam concretum superius ingreditur definitionem inferioris servata connotatione; ex quo fit, definitionem concreti ferre imperfectiorem esse, quia est data per additamentum; & ideo semper concedimus accidentia in concreto in praedicationis posse defini-

disponi, ut dicimus disp. seq. & in virtute illius dispositionis tenet similia illa regula arguendi Sum multarum, quae Scotus utitur qu. 3. Univers. & q. 16. & quol. 13. & alibi, quod à concretis ad abstracta tenet consequentia, ubi est praedictio per se idest superioris de inferiori, ut album est coloratum, ergo albedo est color, ex qua regula deducitur evidentè, concretum superius esse verè genus respectu inferioris, alioquin regula illa non valeret. Sed adhuc urgat Complut. connotativum, quando praedicatur ut tale praedicatur in quale, non in quid, ergo implicat ponere concretum superius de cuius ratione idest praedicari in quid, non in quale. Resp. tale concretum superius in definitione inferioris praedicari in quid de inferiori, quia est ejus genus, & praedicari, in quale de subiecto implicite connotato, unde quando dicimus, album est coloratum, ly coloratum respectu corporis, sive subiecti adjectivè tenetur, sed respectu albi pro formali tenetur substantivè, & sic respectu subiecti ejus praedictio est denominativa, & adjectiva, respectu tamen albi, quod est suum infensum, est praedictio quiddiativa ratione formae importat.

16 Hic ergo supposita doctrina de duplici modo definiendi concreta accidentalia, cum art. praec. conclusum sit posse definitionem generis intelligi de re quantum ad exercitum praedicationem, & de intentione quantum ad signatum, modo consequenter dicendum est, quod si in primo sensu velimus definitionem intelligere, tunc definitio generis debet explicari, ut tradita per subiectum, ita ut per ly quod infinuatur natura generis, non quidem, quatenus coincidit cum definito, sed prout importat secundum intentionem, sicut nomen est natura, quatenus substat secundum intentionem, pars vero materialis hujus concreti est ipsa natura in se. Si vero definitio generis intelligatur in secundo sensu, ita quod non res, sed intentio definitur, tunc vel accipi potest in sensu materiali, ut facit Orbellus cap. de genere cum alibi quibuscumque, vel in sensu formali; si primo modo accipitur, adhuc censeri debet tradita per subiectum, ita ut per ly quod infinuatur fundamentum relationis generitatis, sicut natura generitatis, sensus sit *genus est id, quod praedicatur*, idest intentio, quae fundatur in illo, quod praedicatur, & c. quae quidem per suam fundamentum notificatur, nec inveniunt relationes praeteritum rationis (ait Orbell.) definitur per sua fundamenta, cum Aristot. 5. Met. distinguit modos, sed species relationum reallium pro ipsarum fundamenta.

17 Si verò definitio accipitur in sensu formali, tunc invenendum est aliquod concretum superius ad genus, quod ejus definitionem ingrediatur per modum generis, id est ponit potest praedicabile de pluribus, tale nomen concretum ait Scotus q. 15. Univers. infinuatur per illa verba in definitione posita, *quod praedicatur de pluribus*, haec enim est definitio ipsius praedicabilis in communi, ponere integram definitionem ejus, ut Aristot. docet 6. Top. c. 3. cum definitio, & definitum quoad rem significatam sint prorsus idem; & hic dicendi modus fuit Avic. c. 6. suae Log. cum sequitur sunt Cajet. cap. de gen. Tol. lect. q. 3. Villapan. q. 3. Conimb. q. 1. art. 7. Hurt. disp. 4. Log. lect. 1. Nec obstat, quod praedicabile fit passio universalis, ac proinde in definitione allata locum generis obtinere non possit, cum non praedicatur in quid de quibus universalibus. Nam huic objectioni satis dicitur ad Porph. hic definire genus, speciem, & c. potius in ratione praedicabilis, quam universalis; & ut omnino tollatur altercatio, quod sensus nemo necesse praedicari in quid. Nec obstat, quod per illam particulam, praedicari de pluribus distinguitur genus ab individuo, ac proinde tenere locum differentiae, non generis. Quia ut notat Doct. i. d. 11. quol. 2. sub G. bene potest etiam genus dem genere praedicari cum definito, animal enim distinguitur hominem à lapide, unde per praedicari de pluribus, velut per genus, continent omnia praedicabilia ab individuo distingui, quod manifestè colligitur ex ipsi Porphyrio, verbum, dum inquit ab his igitur, quae de uno solo praedicantur, differunt genere, eo quod hoc de pluribus praedicantur, declarat igitur per Porphyrio illam particulam praedicari de pluribus loco generis.

18 Adhuc etiam probabile est, genus in hac definitione esse universale praeteritum si dicamus Porphyrio, illa quae necdum sub ratione sensus definitionis generis est id, quod praedicatur, erit, genus est id, quod praedicatur, & c. Neque ob id superflua esset illa contenta in ly *universale*, quia tunc poneretur ad determinandum speciem, quae sine illis modis collocari, & cum ly universalis connecti non potest, ut notavit Averl. q. 10. lect. 3. ubi hunc dicendi modum amplectitur, quem docuit Tatar. tract. 2. in Petr. Hisp. Joann. de Lapide qu. 2. Albert. tr. 3. predic. c. 3. Scotus qu. un. de gen. ad 5. Titell. Didacus disp. 6. q. 2. & alii Verum tamen est, hunc dicendi modum non esse de mente Porphyrio, quia ut constat ex textu, illam particulam praedicari de pluribus ad alium finem posuit, ut, scilicet, per eam distingueret genus ab individuo, sic autem posita illa particula, non ad genus, ut perperam Tatar. citat. est arbitrarius, quia tamen per *universale* intelligeretur genus ab individuo sufficienter, nisi ad finem.

Maffris & Bellari Tom. 1. Logica.

19 Coeterum aliae duae particulae, *differentibus specie in quibus*, & *tant loco differentia*; per illas enim distinguitur genus ab aliis praedicabilibus, cum quibus convenit in praedicatione de pluribus, per ly enim *differentibus specie*, distinguitur à secundo praedicabili, quod praedicatur solum de pluribus differentibus numero, haec enim particula dat intelligere, quod genus non dicit totam essentiam, sed partem essentiae, nam id, quod praedicatur de pluribus praedicabilibus, non potest esse tota illorum essentia, quia species habent diversas essentias totales, quare una totalis non potest de omnibus illis praedicari. Unde genus differre à specie per hoc, quod praedicatur de pluribus specie differentiis, species autem de pluribus differentibus numero, non ita debet intelligi, quod sufficiat sola diversitas specifica, vel numerica inferiorum ad distinguenda universalia, ita quod constituantur distincta universalia penes majorem, vel minorem multitudinem subiectibilium praesens, ut contredit Averl. q. 10. lect. 1. & q. 11. lect. 1. hoc enim est fallum, quia differentia etiam generica, & specifica respiciunt talem diversam multitudinem subiectibilium, & tamen distincta universalia non constituant, & ex alia parte differentia generica, & proprium genericum differentia specifica, & proprium specificum eandem respiciunt multitudinem subiectibilium, & tamen distincta constituant praedicabilia, sed ita debet intelligi, ut universalia constituantur quidem in ordine ad multa, sed attenda qualitate praedicationis, & communicationis ad illa multa, ita ut non sola diversitas illorum multorum, sed diversitas praeteritum communicationis naturae ejusdem in illis multis variet formaliter universalis; & quidem manifestè videmus universalis essentialia, scilicet, genus, speciem, & differentiam distingui à proprio, & accidente, non praesens per ordinem ad multa, quibus communicatur, quia potest assignari similis multitudo hinc inde, sed per diversum modum communicationis, & pariter illa duo ultima distinguuntur inter se; ex igitur ratione distinguitur genus à specie, quia species communicatur inferioribus suis, ut tota essentia, & praedictio completè, genus autem veluti pars, & praedictio incompletè.

20 Sed instat Averl. cit. hunc distinguendi modum genus à specie vel nihil valere, vel coincidere cum eo dicendi modo, quia genus, & speciem distinguit praesens per ordinem ad multa, in quibus sunt, quia scilicet, genus est in multis speciebus, species in multis individuis, nam intantum species dicitur tota essentia suorum inferiorum, non quia non dentur in individuis differentia individualis praeter naturam specificam intrinsecè ipsi individuis, sicut sunt differentie specificae speciebus, sed solum quia tales differentie individualis sunt in infini gradus non amplius communicabiles, naturae vero genericae additur differentia specifica adhuc communicabilis, hoc autem non est aliud, quam dicere, genus per hoc à specie differre, quod illud potest esse in pluribus speciebus, species vero solum in pluribus individuis, & ita non ex modo insensum, sed praesens ex parte eorum, quibus sunt, genus, & species distinguuntur.

Resp. neg. assumptum, quod definitio logicum generis habet pro formaliter termino in suis inferioribus diversitate m essentiali, hoc est, diversae essentiae, & per hoc a specifico contrahit utitur, quod ly autem differentie, per quae contrahitur, sunt ulterius communicabiles, & multiplicationis in individualis capaces, sed per accidens, & materialiter se habet ad rationem formalem, terminum praedicationis ipsius generis; hoc declarari potest in sententia Thomistarum statusentium naturas angelicas incommunicabiles, & inter se specie differentes, & adhuc tamen agnoscunt naturam intellectuales, ut genus ad eas; non ergo ex sola communicabilitate ad plura, vel pauciora haec duo universalis distinguuntur, sed ex modo quoque communicantur per modum partis, vel totius essentiae; alia, quae contra hunc distinguendi modum genus à differentia obicit Averl. ibidem, soluta sunt q. 5. praeced. disp.

21 Poncius quoque disp. 4. Log. n. 28. hanc doctrinam libere retinuit, quia (inquit) si genus habet diversum modum praedicationis à specie, quia genus praedicatur incompletè, & dicit partem essentiae ita etiam genus superius habere videtur diversum modum praedicationis à genere inferiori, quia praedicatur per modum magis incompleti, & magis potentialis, ut est evidens, quia est in potentia, & ad genus inferioris quodcumque suae inferiora, v. g. substantia, ut sic, est potentialiter respectu corporae substantiae, & omnium quae sub ipsa continentur, & praeter ea ad substantiam incorpoream, contenta quae sub ipsa; substantia autem corpora non est pars potentialis, quia solum est potentialis respectu corporae substantiae, & non respectu incorporearum; & hac de causa, inquit, posse probabilius dici, quod genera superiora distinguuntur etiam in ratione generis ab inferioribus. Ad hanc rationem non esse sufficientem ut genus inferius, & superius specie distinguantur in ratione generitatis, constat infra in fine quae hujus art. cum enim utrumque praedicatur incompletè, & dicit partem essentiae materialem, censeri debent habere eundem praedicationis modum; ad quod parum refert quod genus superius praedicatur per modum magis incompleti, & potentialis, quam inferius, quia ut ajunt Philosophi, magis & minus in eadem linea non variant speciem, ut constat de magis, & minus albo, non ergo ex hoc modo discernendi genus à specie sequitur genera superiora, & inferiora ab invicem specie distingui, ut infert hic Autor.

22 Hic autem advertendum est, cum genus definitur per praedictio de pluribus specie differentiis non esse accipiendam speciem pro formali, quia praedictio de pluribus differentibus specie pro formali idem est, quod praedictio de pluribus contentis sub genere, atque ita

probando aliquam rationem communem esse genus, quia predicatur de pluribus specie differentiibus, hoc autem differre specie, quia continentur sub eodem genere, committeretur manifestus circulus, continetur sub eodem genere, quod sint sub genere, & differre enim specie probaretur ex eo, quod sint sub genere, & esse genus, eo quia sit supra species, debet ergo predicari de pluribus differentiibus specie inter se fundamentaliter, hac pro materialiter, ut idem sit specie, ac plura numero, seu essentialiter, ita quod differentia inferiorum generis attendatur ex diversitate essentialium suarum respectu, quod sint sub eodem genere, ut evitetur circulus in hac definitione; hoc totum notavit Arriag. disp. 7. Log. n. 26. sed superbe nimis, dum ait forte nullum id adnotasse; hoc enim docet Tatar. ex professo quod de specie ar. 1. §. Secundo sciendum, ubi ait genus defini per speciem, & speciem per genus fundamentaliter tantum, & pro materiali, ut evitetur circulus in his definitionibus.

23 Postremo pro aliam particulam in quod separatur genus ab aliis tribus predicabilibus differentia, proprio, & accidente, nam ultima duo absolute predicantur in quibus, & accidentaliter, differentia vero predicatur in quale quid, quia dicit partem essentie per modum determinantis, & qualificantis, & per modum termini adjectivi, genus vero dicit essentiam per modum per se flantis, & termini substantivi. & ideo absolute dicitur predicari in quid, & essentiam per modum essentie, quia differentia quoque predicat essentiam, sed per modum qualitatit, quam expositionem tradit Doctor q. 12. Univerf. & est communiter ab omnibus accepta. Ratio huius differentie inter genus, & differentiam indicatur ab Arist. 5. Met. cap. 28. ubi ait, genus esse, quod primum inest, & quod est subiectum differentie, quod primum inest, & quod igitur differentie minus est non praeberet primum quidditatis fundamentum, sed advenire generis illudque determinare, ut constituitur species, minus vero generis est praeberet tale fundamentum, in quod secundum rem, & modum, & ex hac doctrina exponendum est Arist. ubi dicitur, tam genus, quam differentiam predicari in quid secundum rem, & modum, & ex hac doctrina exponendum est Arist. ubi dicitur, tam genus, quam differentiam predicari in quid secundum rem tantum. Num vero ex natura rei determinatam sit in qualibet specie, quod hoc predicatum sit genus, & dicitur substantivè; illud differentia, & dicitur adjectivè, num potius ex arbitrio nostro, ut contendit Averfa, dicemus disp. seq. qua. fl. 4.

Contra allatam definitionem obiicitur 1. contra singulas particularas, videtur enim in primis male defini genus per adum predicandi, quia ut diximus disp. praeced. q. 2. art. 3. adus predicandi mere accidit universaliter, & ex vi actualis praedicationis potius extraneatur relatio universalis, quam ponatur ut ait Doctor ibi cit. q. 16. Univerf. in sol. ad 8. Secundo animal, quod est in Petro, vel Brunello, non potest quidditative predicari, nisi de solo Petro, vel Brunello, quia solum est de eorum quidditate, nam animalitas Petri tantum constituit Petrum, & Brunelli Brunellum, non alia individua, ergo male dicitur, quod predicatur de pluribus. Tertio de contra, non tantum predicatur genus de pluribus specie differentiibus, sed etiam genere, substantia namque predicatur de corpore, & spiritus, quae & ipsa sunt genera, predicatur etiam de pluribus numero differentiibus. Nec dicat genus predicari de individuis mediate tantum, nam art. seq. ostendimus etiam immediate predicari. Nec etiam dicat speciem predicari de individuis cum praefatione, sed genus sine praefatione; quia si hoc sufficeret ad distinguendum genus a specie in ratione universalis, tunc etiam differentia generica, & specifica, proprium genericum, & specificum, item & accidens, diversa universaliter constituerent, ut toties inculcatum est c. 4. de substantia, & 7. Met. ad 8. secundum substantiam predicantur in quale quidditate contra vero 2. Post. 79. differentia predicatur in quid, & cum sit gradus essentialis, sicut genus, immo nobilior, debet quoque et concedi perfectior modus predicandi scilicet, in quid, ergo non bene per hanc particulam distinguuntur genera a differentia.

24 Resp. ad 1. Mayron. passu 2. locum verbum predicatur intelligere, ut dicitur aptitudinem, vel dicendum, quod sicut ratio universalis, ut sic, servatur in relatione ineffendi tam aptitudinali, quam actuali; sic in proposito ratio predicabilis, ut sic, servari potest in relatione predicandi tam aptitudinali, quam actuali, loquendo tamen de praedicatione signata, per hanc enim semper applicatur ad plura, & quando Doctor loc. cit. inquit ex vi actualis praedicationis extraneatur relatio universalis, advertit ibi, id esse intelligendum de praedicatione exercita, non signata. Ad 2. licet animalitas contra da per differentiam a parte rei ad constituendum individuum alicuius speciei, nequeat a parte rei predicari nisi de illo solo, ut notat Scot. 2. d. 3. q. 1. sub H. quia tamen adhuc natura remanet indifferens intrinsece ad singularia aliarum specierum constituenda, remota est predicabilis ad illa, & quando ab intellectu praecisa ab illa differentia accipit indeterminationem postquam, tunc efficiatur proxime predicabilis, ut expositam est disp. praeced. Ad 3. genera superiora predicantur de pluribus genere differentiibus, non quatenus genera sunt, sed quatenus subalternata, quod sensu dicuntur species subiectibiles, nam ut inquit Doctor in hac q. de differentiibus genere, inquantum talia, nihil per se predicatur; quomodo autem genus respiciat individua immediate, dicemus art. seq. Ad 4. alio modo fuit Arist. ibi quale quid, ut distinguatur contra hoc aliquid, ut innuerit naturas universalis esse communicabiles, non vero per se

substantes, & non dixit illas predicari in quale quid, sed significare quale quid. Patet autem ex dictis, quod sensu multis in locis dixerit Aristot. differentiam predicari in quid, nimirum quantum ad rem predicatam, predicat enim attributum essentialia, & partem quidditatis specificae, non tamen quantum ad modum, quia predicandi derogat excellentiae gradus differentialis, quia absolute loquendo modus predicandi in quale quid perfectior est modo predicandi in quid per modum partis, sicut enim forma est perfectior materia quod illam contrahit, ac determinat, ita in proposito modus praedicationis in quale quid, & per modum determinantis perfectior erit modo predicandi in quid, & per modum determinabilis, ut bene notavit Didac. cit.

25 Deinde obiicit contra totam definitionem. Primum quia convenit aliis a definito, nam convenit enti, quod predicatur de pluribus specie differentiibus in quid, & tamen non est genus, ut testatur Arist. 3. Met. c. 3. similiter animae in communi, quae dicitur de rationali, vegetativa, & sensitiva, quae specie differunt, & tamen non est genus, quia non ponitur in reda linea. Deinde de contra non convenit omnibus generibus, nam genus, quod ponitur in ista definitione, latius patet ipso genere definito, hoc enim est de ratione eius, quod in definitione ponitur loco generis, quod latius patet ipso definito. Tandem haec definitio continet aliqua, quae non speclant ad essentiam rei definite, nimirum illa plura, de quibus dicitur genus, haec enim utique non sunt de quidditate generis.

26 Resp. Thomaz. non esse analogum, & At in Metaph. ostendimus non ita esse analogum, ut excludat unitatem conceptus, quae ad invocationem sufficit, unde in nostra sententia magis adhuc urget difficultas, sed optime respondet Doct. 1. d. 3. q. 3. Contra istam invocationem ex ipso Arist. cit. 3. Met. 10. quia quidditative includitur in quibusdam differentiis, quod est profus contra rationem generis, quod cum sit realitas potentialis ad illas, consequenter omnino praedicandi ab illis, quam solutionem adhuc magis declarat d. 8. q. 3. S. & Y. §. Ad primum argumentum, ait conceptum generis necessario desumi ab aliqua realitate distincta a realitate differentiae, & per eam perfectibili, & contrahibili, ac proinde limitata, & finita, conceptus vero entis est communis ad finitum, & infinitum; quomodo doctrina directè ibi declaratur, & nos infra explicabimus, cum Deum a praedicatione excludemus: eadem ratione negat Maur. q. 5. Univerf. §. Quarta dubitatur, ens esse genus, & ceteri Scoti passim; etiam illi, qui tenent conceptum entis desumi ab aliqua realitate adequatè concepta, ut aliosque praedicationales, hunc modum difficultat solvant, ut suffus in Met.

27 Sed instat Arriag. disp. 7. Lo. nu. 25. ex vi definitionis tradite necessario sequi ens esse genus, praesertim in Scholasticis univocationem admittentibus, quia tota praedicatione ei competit, cum predicatur in quid incompletè de pluribus specie, hoc est, plurimum numero differentiibus, quod addit, ne quis dicit ipsum petere principium, quod illa, de quibus ens predicatur, scilicet Deus, & creatura, substantia, & accidens, inponat esse sub genere, eo quia illa appellat distincta specie; cum igitur per nullam particulam excludatur ens ab ista definitione, cur genus dici non debet, si haec definitio est bona? Resp. si loquitur de ente, ut solum transcendit substantiam, & accidens, id est de ente finito, gratis concedimus esse genus, ut magis ostendit disp. seq. Si vero loquitur de ente, ut transcendit Deum, & creaturam, negamus esse genus, tum ob rationem allatam, quia non praesertit realitatem potentialem, & contrahibilem per realitatem differentiam, quod necessarium est, ut aliquod propriè dicatur genus, ut ait Doct. Scot. 1. d. 8. q. 3. prope finem, tum quia de ratione generis estur dicitur relatio ad plures species, Deus autem non est species, sed essentialiter est substantia individua, & singularis, nullum vero genus constituitur per ordinem immediatum ad rem individuum, unde formaliter loquendo excluditur a definitione generis per hoc, quod non predicatur de Deo, & creatura, ut de pluribus speciebus, sicut neque ad illa contrahitur, per veras differentias faciendum compositionem Metaphysicam, quae omnia necessaria sunt, ut aliquod commune de pluribus dicibile in quid per modum partis essentiae dicatur genus. Quod si Arriag. velit appellare genus quemcumque talem conceptum etiam citra illas condiciones, erit quaelibet de nomine: ut tamen vera non omnem huiusmodi conceptum esse appellandum genus, optime demonstrat Palqualig. 1. p. suae Met. disp. 39. sect. 2. ubi advertit, quod realitas apta fundere intentionem generis debet dicere aliquam rationem entis determinatam, in qua salvetur potius inchoatio huius naturae, quam alterius, nec sufficit ratio entis, ut sic, quae ex se non dicit inchoationem determinatam naturae, sed tantum esse reale, sed hoc suffus in Met.

Ad instantiam de anima in eodem primo argumento allatam concedimus habere rationem generis ad illa tria, quod autem non ponatur directè in praedicationem, solum inferri, quod non est genus completum, non ex defectu universalitatis, sed naturae, quae partialis est, ac incompleta. Ad 2. iam supra didimus esse universale, vel praedicabile, quod ponitur loco generis in hac definitione, & accidentaliter contineri sub genere primo predicabili, quatenus scilicet quicquid convenit generi, ut genus est, convenit etiam universaliter, quatenus ad ta intentionem denominatur. Ad 3. illa plura ponuntur in definitione oblique tantum, & connotative, respectus enim semper definitivè in ordine ad terminum, & terminus ponitur in eius definitione, ut addimus.

28 Quaesitum ista definitio sit descriptiva, vel quiddiativa? Resp. pond. magnum hic abfque causa intri praedictum inter Thomaz. & Scotiaz, cum sit ferè his de nomine; si Porph. loquitur de genere, quatenus praedicabile est, & non potius quatenus universale, ut mens eius fuisse videtur, erit definitiva, & non descriptiva, quia dicitur, licet sit per se universale, tunc dicendum est, quod si praedicari sumitur formaliter, est descriptiva, quia est data per passivum, si vero radicaliter, est definitiva, licet enim dicitur de coincidente cum essentia, & altero istorum modorum intelligendus est Doctor 2. 5. univerf. quando inquit predicari de pluribus esse rationem universalis, cum in 1. d. 3. q. 1. alter sentiat, quod si quid amplius connotandam ex hoc loco Scotiaz, dicitur, Doctorem majorem habere auctoritatem in lib. sent. quam univ. in quibus solummodo ea doctrina recipienda est, quae consonat cum lib. sent. iuxta regulam generalem; quam tradidimus in quaest. praeced. de recipienda Doctoris auctoritate. Advertendum tamen est, quod cum dicimus praefatam definitionem esse quiddiativam, non loquimur de parte quiddiativa, quae tantum constat ex proprio genere, & differentia, sed de quiddiativa, per additamentum data, in qua ultra proprium genus, ac differentiam involvitur quid aliud ab essentia definitivum, ac ordinem aliquem, quem habet ad illud, sine quo definitio illa intellectum non quietaret, quo genere definitionis non sufficit definitur accidentalis omnia relativa, quorum esse totum est ad aliud se habere, & ideo perfectè concipi nequeunt, nisi etiam concipiatur fundamentum, & terminus, sed etiam accidentalia, quae absoluta, immo & substantia, praesertim incompleta, ut docet Scot. 1. d. 1. q. 2. & d. 12. q. 1. L. & alibi saepe.

Praeter allatam generis definitionem Porph. assert aliam, dicens genus est id, cui supponitur species, quae definitio potest dici, tum essentialis, tum accidentalis iuxta duplicem sensum, quem potest habere; si enim ita intelligatur, genus est universale quod refertur ad species, erit essentialis, quia essentialia est generi respicere sua inferiora; si vero ita intelligatur, genus est universale, ad quod species refertur, seu quod terminat respectum specierum, erit accidentalis, quia accidit generi, quod respiciatur ab inferioribus, haec enim non respicietur per mutua relationem, adhuc tamen bene fit intelligitur constitutum in se esse per respectum, quem dicit ad inferiora, & quoniam hic posterior dicendi modus est frequentior apud Auctores, & magis intentus videtur a Porph. idcirco communiter docent, hanc ultimam definitionem esse accidentalem.

ARTICULUS III.

Quomodo Genus praedicatur de individuis.

29 Comperitur est apud omnes genus de individuis predicari, propterea enim dixit Porph. genus predicari de pluribus specie differentiibus, non autem dixit de speciebus, ut in finitatem genus non tantum de speciebus predicari, sed etiam de earum individuis, quae propter abivincem specie differre dicuntur, solum dubitari solet de modo quo praedicatur, & duplex esse potest dubium.

Primum est, an mediate tantum praedicatur de illis, id est mediate, quae species, quod sentit dicitur, quod Petrus est animal, quia est homo, an etiam possit interduci immediate predicari. Est laesiva vulgata opinio, genus non predicari per seipsum immediate de individuis, sed solum de specie, & haec mediate etiam de individuis, in quo a specie seceditur, quae de suis individuis immediate predicatur, ita Albert. tract. de praedicatione, c. 1. Scot. 4. 7. Univ. Comib. q. 1. de speci Tolet. q. 1. Onna q. 2. art. 2. Fontes dist. 3. 7. Masius scilicet 2. de genere q. 3. & 4. Javeh. tract. de quinque praedicationibus, cap. 2. Joan. de S. Th. 9. 7. art. 1. & alii passim quod manifestè videtur Porph. ipse docuisse cap. de specie, dum ait Arg. omnino id omnia, quod est ante individuum, & de istis sine modo praedicationis, species erit animae, & nullo modo generis rationem subit. Et hanc lequantur opinionem, quicunque negant individua generica id est immediate contenta sub genere, de quibus immediate praedicatur, ut Suarez disp. 6. Met. le. 4. ubi asserit nulla ratione potest gradum apimalis contrahi immediate per differentiam individua, sed mediate differentia specifica, atque adeo non dari hoc animal immediate contentum sub animal, sed perferentiam individua, in quibus per eandem individuaibilem differentiam quae asserit Fontes, 5. Met. c. 28. quaest. 14. scilicet 3. & alii ad ipsum.

Alia sententia docet posse genus etiam per seipsum, & immediate predicari de individuis, ut cum dicitur, hoc animal est animal, hoc corpus est corpus, quae propositiones verae sunt immediate, & non solum nomine, nam praedicatum significat naturam corpoream, vel sententiam in communi, & subiectum eandem naturam singularizatum, ita ex Recentioribus videtur Ruvius, de specie q. 5. Ovied. contr. 4. Log. punct. 4. Hurtad. in Log. disput. 4. sect. 5. & quicunque admittunt individua generica, & incompleta, ut D. Thom. opal. 35. & Scotus 1. d. 3. q. 6. verè item ultimo, ut ibi notat Bergius, & 1. d. 8. q. 3. prope finem & clarissime in 4. d. 3. q. 2. O. ubi citat Doct. Avien. 1. suae Physic. qui fuit primus inventor individui generici, sequitur Sanchez quest. 56. praedicationibus, Blanc. disp. 3. lection. 6. Arriag. disp. 7. Logic. num. 5. & 28. & alii quampures.

30 Pro resolutione huius dubii notandum est, individua dupliciter considerari posse, primo ut sunt a parte rei, & sic verum est mul-

tiudari individuum quod immediate sub genere continetur, quia, omne tale continetur immediate sub aliqua specie infima; sicut, prout ab intellectu concipiuntur sub gradu naturae superioris, non considerato gradu specifico, quem re vera participant, quod vulgari exemplo de veniente a longe explicari potest, nam si ex motu, vel aliqua alia animalis proprietate, quam in eo deprehendimus, cognoscimus illud esse individuum aliquo animalis, non tamen distinguè sit nec equis, vel asinus, tunc dicimus cognoscere individuum inadaequatè, & incompletè, in qua acceptioe significatur nomine huius animalis, & individua hoc modo considerata dicuntur incompleta, & generica, incompleta quidem quia non attingunt secundam totam essentiam suam, quam habent a parte rei, generica vero, quia formaliter, & immediate participant naturam genericam. Et quidem haec individua generica hoc modo debere admitti, id est non a parte rei, sed apud intellectum inadaequatè concipiuntur, docet Scotus aperte loc. cit. cum Avicem, & Varrone Magistro suo inde inquit, quod in singularibus est ordo secundum ordinem universalium, & quod prius universale quodcumque potest intelligi descendere in proprium singulare, quam contra haec per differentiam aliquam ad aliud inferius, tanquam ad speciem, ut sic habeamus ordinem istorum singularium, hoc est, haec substantia, hoc corpus, & sic deinceps, usque ad sortem, hoc praedictum, hoc praedictum.

31 Dicendum quod licet de individuis specificis, & completis praedicatur genus media specie, de generis tamen, & incompletis per seipsum immediate praedicatur. Conclufio colligitur ex Scot. cit. eamque tenent Auctores secundae sententiae. Probatur, quia ut dicitur ab haec praedicationes sunt verae, hoc animal est animal, hoc vivens est vivens, ubi praedictum significat naturam sensitivam in communi, & subiectam eandem naturam singularizatum, sed inter naturam in communi sumptam, & in singulari nullum potest dari medium, ergo genus immediate praedicatur de individuis in complete, Deinde sicut natura specifica in singularibus est individua, ita & generica, sicut enim Petrus dicitur hic homo distinctus numero a Paulo, quia habet distinctam numero humanitatem, ita est hoc animal, quia habet animalitatem distinctam numero animalitate Pauli, esto igitur animal praedicatur mediate de Petro, & Paulo, ut sunt homines, immediate tamen praedicatur de illis, quatenus sunt hoc, & illud animal, quia inter animal, & hoc animal nullum est medium, quo probari possit, animal dici de hoc animal. Constat praedicatur immediate de aliquo, quod cognoscitur illi convenire nullo alio tertio cognito, & contra illud mediate praedicatur, quod non cognoscitur alteri convenire, nisi mediante cognitione alicuius tertii, sed inter cognitionem individui adaequatè, & completè cogniti, & cognitionem naturae genericae mediate cogniti, quae non mediat inter cognitionem individui inadaequatè cogniti, & cognitionem naturae genericae, ergo genus praedicatur mediate specie de individuo, completo, lo adaequatè cognito, immediate vero de incompleto, seu inadaequatè cognito, in quo primum partem patet, ratio enim cur de Petro (qui sub tali nomine datur intelligi individuum completum, & adaequatè cognitum) asseritur, quod sit animal, est, quia cognoscit illum esse hominem, verè enim Petrus ideo est animal, quia est homo, & participat naturam genericam mediate specifica, Probatur etiam minor eadem quod secundam partem exemplo supra posito de veniente a longe, quod percipitur esse animal, sed non cuius speciei, quod tamen videtur exemplum ipsius Avicem, & adducitur a Scot. loc. cit. ubi etiam refellit talem responsum, potest enim quis dicere, quod cum videmus venientem a longe in eam postionem videmus hoc animal, sed universale dicit non potest (ait Doct.) quia vitus non videt universale, ergo debet intelligi de singulari universalis. Probatur etiam ratio, nec ibi, Scot. allata ex Varrone, quando enim de aliquo re ignoramus, quid fit distinctè, & in particulari querimus, quod est hoc, & tunc ibi hoc non supponit pro aliquo singulari speciei infimae, ut hoc ligno, vel hoc lapide, quia tunc non ignoratur, quid sit illud, quod per tale nomen queritur, quia idem non supponitur, & queritur, supponit ergo pro singulari entis, & queritur in speciali, quod illud sit, & unde data responfione, quod est vel lignum, vel lapis, ita tunc quiescit intellectus.

32 In oppositum obiicitur 1. gradus ita praedicantur de inferioribus, sicut sunt dispositi in serie praedicationali, sed in ea serie inter gradum specificum, & individuum mediat species, ergo gradus generis non praedicatur de individuis, nisi mediate specie. Contra hoc potest esse immediata progressio de extremo ad extremum, nisi per medium, sed gradus generis est supremus, individuis est infimus, & specificus vero est medius inter utrumque, ergo nequit generis praedicari de individuo, nisi prius praedicatur de specifico. Resp. cum distinctio minoris inter genus, & individuum completum, ac adaequatè cognitum utique mediat speciem, non tamen genus, & individuum incompletum, seu confusè cognitum, individuum enim divinum est immediata cum generi, Ad Conf. conceditur major, quando illa extrema non sunt immediata, ut in proposito gradus generis & individua incompleta sunt immediata, & gradus generis dicitur supremus, quia est superior, individua dicitur infimus, quia est inferior, & non quia inter utrumque alter intercedat.

33 Deinde arguitur, haec individua generica non dantur a specie, sed distincta, ergo de illis nequit genus immediate predicari, Probatur assumptum: Tum quia quando dicitur hoc animal est animal, idem est, ac si dicamus, Petrus est animal, quia articulus demonstrativus determinat, & designat aliquod singulare existens, sed nullum





proveniat ab ipsa natura, & redundet etiam in ipsam generatam.

Dicendum tamen est cum communi genus esse speciem a thomam in ratione generis, ita quod non dantur plures species generatis, sed una sola infima, ita Scot. q. 9. Univer. ubi omnes eius Expositores, & quol. 6. X. & sequitur ex dictis disp. praec. q. ult. ubi haec sunt divisionem universalis in communi in genus, speciem, & esse divisionem generis in species infimas, & probatur ex ibi dictis, quia generalitas fundata in natura, etiam diversissima, ut substantia, quantitate, &c. quoad rationem denominandi illas, & praedicandi de ipsis omnino conveniunt, & solum ratione connotata differunt, sicut albedo hominis, & equi ejusdem sunt species, & solum ratione differunt materialiter, & ratione fundamenti. Constat quia species universalis per diversum modum essendi in multis, vel praedicandi de multis discernuntur, sed omnia genera, sive supra, sive subalterna, sive substantia, sive accidentalia, & quaecumque excogitari possunt, habent eundem modum essendi in multis, & praedicandi de illis nempe per modum partis materialis, ergo omnia illa sub specie infima generis continentur, & ratio generis in communi omnibus illis convenit, ita quod individui naturae genericae formaliter acceptae.

59 Sed urget Averfa cit. diversitas relationis, & aptitudinis non solum sumitur ex diverso modo respiciendi, sed etiam ex diversitate subiectorum, & terminorum, nam de ratione relationis, & aptitudinis non solum est talis, vel talis modus respiciendi, sed etiam ordo ad talem, vel talis terminum, & ordo talis, vel talis subiecti, ergo ex reali diversitate eorum resultat etiam formalis diversitas in ipsa relatione, & aptitudine, atque ita diversitas quantitas, & substantiae redundabit in ipsas genericas formaliter.

Resp. haec, & alias rationes ejusdem tenoris, quas ibi Averfa congerit, non inferre in pluribus generibus diversorum praedicamentorum secundum esse formale generis, sed tantum secundum materialem, contingit enim tantum secundum naturam, quae subalternatur generatam, quod ex eo colligitur, quia haec diversitas non importat diversam habitudinem ad inferiora, sed solum diversam rem, quae referat ut quod substantia, vel accidens, sicut ad argum. distinguit debet assumptum, quod fundamentum remotum non diversificat relationes, sed fundamentum proximum, seu ratio fundandi, similiter terminus materialis non diversificat relationes, sed terminus formalis, seu ratio formalis terminandi, & in proposito licet fundamenta remota sint diversa, & termini materiales, ratio tamen fundandi, ac terminandi in omnibus est ejusdem rationis ut probatum est, quia omnes naturae fundant relationem generatis, quatenus aptae sunt esse in multis per modum partis materialis essentiae, & omnes naturae terminant talem relationem, quatenus sunt plura specie diversa.

60 Rursus urgebis adhuc fortius, quia genus sub se continet generalissimum, & subalternum, sed haec specie distinguuntur, ergo non est species infima, major est certissima apud omnes, ita quod pluraquam puelliter erravit Puentes, cum dixit q. 17. dist. 1. art. 1. genus primum praedicabile esse dumtaxat genus intermedium, Prob. min. tum quia illa specie differunt, quae diversae habent definitiones, & passionis, sed genus supremum, & subalternum sunt huiusmodi, ut patet ex Porph. de specie, ergo &c. tum quia plus differunt inter se, quam duo genera subalterna, sed haec tantum numero differunt, ergo illa differunt specie, quia inter distinctionem numericam, & specificam non datur medium.

Resp. quod licet genus supremum, & intermedium, quatenus talia specie distinguuntur (de quo tamen est aliqua difficultas apud nonnullos Scotistas q. 12. Univer.) non tamen essentialiter discernuntur in ratione generis, & universalis, cum eodem modo sint in multis, & praedicantur de multis, quod enim genus supremum nulli alteri subiacet generi, sed intermedium utriusque accidit illis quatenus genera sunt, & universalis, quia haec relatio subiectibilitatis nihil attinet ad rationem universalitatis, quae consistit in ordine ad inferiora, de quibus praedicatur, sed ad superiora, quibus subiacet, adhuc etiam quod genus supremum plura habeat inferiora, quam intermedium, merè per accidens se habet ad illa, quatenus genera, quae eodem modo de illis multis praedicantur, & illa respiciunt, nimirum ut multa essentialiter diversa, unde non nisi differentiam accidentalem inter ea potest inferre, quemadmodum lineam decem palmorum per excessum quantitatis intra eandem lineam speciem infimam dicimus a bipalmari accidentaliter tantum differre. Ex quo etiam facile occurrit Ponceo d. 3. n. 111. distinguuntur genus superius, & inferius in ratione praedicabilium, quia licet utrumque praedicatur ut pars contrahibilis, tamen unum praedicatur, ut pars contrahibilis per differentiam non ultimam essentialiam, aliud vero putatur infimum ut pars contrahibilis per differentiam ultimam essentialiam. Hoc enim per se distinguitur, distinguendo in ratione praedicabilium non enim per ordinem ad differentias, quibus contrahuntur, sed sumunt rationem praedicabilis, sed per ordinem ad inferiora, & modum praedicandi de illis, eodem autem modo praedicantur de illis tam genus superius, quam inferius, quia respiciunt illa, ut multa essentialiter diversa, magis autem, vel minus intra eandem lineam non variant speciem.

63 Ex quo deducitur bene Mayron. adnotat vii pass. 3. & 4. univ. & sequitur Compl. disp. 6. q. 1. Soc. e. de specie, Maius scilicet. 1. q. 4. Sanch. q. 53. Averf. q. 1. sec. 3. & alii. Speciem respectu subiectibilitatis, & praedicabilis aequivoicum nomen esse, quia isti respectus sunt oppositi, & ita diversi, ut sub nomine speciei in nullo conveniant, quia non potest dari una definitio communis utriusque speciei formaliter sumptae; conveniunt ergo species praedicabilis, & subiectibilis tantum

QUESTIO II.

De Specie.

61 Cum de illo Universalis egerimus, quod in quid de pluribus specie differentibus praedicatur per modum partis materialis, scilicet, de genere, nunc agendum est de illo, quod praedicatur in quid totum de pluribus numero differentibus, scilicet, de specie, & merito quidem, cum genus, & species relativa ceantur, & quavis cognitio totius pendat ex partibus, unde videtur prius de differentia tractari debuisse, utpote quae est altera pars speciei, & principalis tamen quia hic non agimus de specie, sicut neque de aliis Universalibus, secundum esse reale, & metaphysicum, sed intentionale, & logicum, quomodo species prius referatur ad genus, ut correlativum, quam differentiam, ut ad partem, ideò immediatè post genus de ipsa disputatum. Tractat autem Porph. c. de specie, non tantum de specie specialissima, & infima, quae tantum consistit hoc secundum universale, sed etiam de specie subalterna, quia licet haec in ratione universalis, & praedicabilis a specie omnino discernuntur, quia praedicatur de pluribus specie differentibus, & ideò ad primum universale spectat, tamen quia in ratione subiectibilis in ordine ad genera superiora omnino convenit cum specie secundo praedicabili, ideò de ipsa agit in cap. de specie, quatenus est subiectibilis, cum ejus naturam explicaverit in ratione universalis e. de genere. Diximus autem speciem subalternam in ratione subiectibilis omnino essentialiter convenire cum specie infima, quia genus relatione essentialiter rationis referatur ad species, sive sit supremum, sive intermedium, ex eo solum, quia referatur ad inferiora, in quibus est, ut pars materialis essentiae, ut in fine praec. quest. & art. dicebamus, ergo de materia in proposito ejusdem rationis erit relatio subiectibilitatis speciei infimae, & subalternae, cum ad ea referatur, ut ad partem materialem suae essentiae, imò haec ratione possumus dicere subiectibilitatem speciei, & individuali esse ejusdem rationis, ut bene notavit Didac. disp. 7. q. 1. in fine.

Ex quo constat, non rectè Averfam distinguere has species essentialiter etiam in ratione subiectibilis q. 1. Log. scilicet. 3. ex eo quia subiectibilitas subalternae fundatur in universalitate generica, & subiecti generi, quod habet sub se alia genera, & subiectibus vero infimae fundatur in universalitate specifica, & ideò subiecti generi, quod sub se habet tantum species, quae cum fundamenta, & termini subiectibilitatis utriusque sine diversitate quomodo erit subiectibilitas. Sed haec omnia non nisi accidentaliter diversitatem inferunt inter speciem subalternam, & infimam in ratione subiectibilis, & ut supra notavimus, diversitas fundamentorum, & terminorum materialium non diversificat essentialiter relationes, sed formalium, hic autem eadem est formalis ratio fundandi subiectibilitatem ex parte specierum, & eadem terminandi ad partem generum, quia omnes ad ea referuntur, ut ad partem materialem suae essentiae, & diversitas, quam ostendere conatur Averfa, non est, nisi materialis, ut patet consideranti. Haec autem quaestio, quia diversitas continet difficultates, in variis se habet articulis.

ARTICULUS I.

De specie subiectibili, & praedicabili rectè definiuntur.

62 Supponendum est pro intelligentia quaestio, quòd eadem omnino natura intra seriem praedicamentalem secundum diversum respectu dicitur praedicabilis, & subiectibilis, praedicabilis, quatenus respicit sua inferiora; subiectibilis respectu superiorum, quod etiam concedendum est in ipsa specie specialissima, quamvis enim Porph. cap. de specie dicere videatur, unicam in ea esse habitudinem formaliter attingentem, & genus sub quo est, & individua, quae sub ipsa sunt, id tamen intelligendum est de unitate nominis, ut notat ibi Ant. And. Mauritiis ex Scot. q. 21. univ. ad 1. Cajet. Soncin. & alii Expositores, quatenus in specie infima unum est nomen utriusque habitudinis, nam cuiuscumque comparatur, sive superioribus, sive inferioribus, semper est species, ubi in specie subalterna utraque habitudo diversimodè naturam denominat, nam respectu superiorum species dicitur, respectu inferiorum generis. Sunt igitur diversa istae relationes, non tantum numeraliter, sed etiam essentialiter, sive oppositè, sicut relationes Patris, & filii; Domini, & subditi, sunt autem essentialiter diversa, licet in uno, eodemque subiecto uniantur, quia relationum diversitas a formali diversitate fundamta, & termini attenditur, talis autem diversitas intervenit in proposito, quia terminus praedicabilis est inferiora de quibus natura praedicatur, fundamentum vero ipsa natura communis, in qua illa inferiora conveniunt; terminus autem subiectibilitatis est ipsum superius, cui eadem natura subiacet, fundamentum vero inferioritas, seu dependentia ab illo; adhuc tamen debet possunt oppositè relationes eidem convenire respectu diversorum, & sub diversitate ratione.

63 Ex quo deducitur bene Mayron. adnotat vii pass. 3. & 4. univ. & sequitur Compl. disp. 6. q. 1. Soc. e. de specie, Maius scilicet. 1. q. 4. Sanch. q. 53. Averf. q. 1. sec. 3. & alii. Speciem respectu subiectibilitatis, & praedicabilis aequivoicum nomen esse, quia isti respectus sunt oppositi, & ita diversi, ut sub nomine speciei in nullo conveniant, quia non potest dari una definitio communis utriusque speciei formaliter sumptae; conveniunt ergo species praedicabilis, & subiectibilis tantum

tantum in nomine speciei, cum aliqua tamen analogia, quia ut advertit Orbel. cap. de specie, nomen speciei versus convenit speciei specialissima, quam subalterna; dicitur namque species a specificando, seu determinando, genus autem magis determinari, quae adhaec est specificabilis, & determinabilis essentialiter. Haec igitur de aliis Porph. distinctas de utraque specie tradidit definitiones, & speciem praedicabilem definit per ordinem ad inferiora dicendo species est, quae de pluribus numero differentibus in quid praedicatur, subiectibilem vero in ordine ad superiora dicendo species est, quae subiecti generi, & de qua genus in quid praedicatur, probabile enim est haec esse unicam, & integram definitionem, ut inquit Scot. q. 21. in sol. ad 3. non vero pluribus, ut quidam sententiarum; Quae uterque in praesenti, an istae definitiones sint rectè assignatae.

64 Dicendum est utramque esse rectè assignatam; ita communiter Doctores, & Scotus praefertim q. 21. Univer. & probatur, quia utraque harum definitionum explicat adequatè essentiam definiti, ipsamque distinguit a quocumque, quod non est ipsum, ut patet discurrenti per singulas, & quidem definitionem speciei praedicabilis, quam ad eas particulas, in quibus convenit cum genere explicatio non est modo necesse, cum latius liquet ex explicatione definitionis generis; unde solum refert explicare particulam distinguentem speciem a genere, quae est illa de pluribus numero differentibus, & expostivè debet intelligi, ut etiam de illa particula pluribus specie differentibus diximus circa definitionem generis, quatenus exponit, & dat intelligere propriam differentiam, quae est praedicatio totam essentiam in individuo; sicut enim id, quod praedicatur de pluribus specie differentibus, necessario dicit solum partem essentiae illorum, ita quod praedicatur in quid de pluribus numero differentibus, eo ipso dicit totam essentiam illorum, differentia enim numeralis sola non est essentialis, sed materialis. Unde numerus hic accipi non debet pro numero praedicamentali, quia spectat ad praedicamentum quantitatis, ita quod dicitur quantitativus, & sit ex divisione continui, sed pro numero transcendentali, & entitativo, qui resultat, & consistit ex pluralitate quantumcumque rerum, & per eas numeratas intelligimus illas, quae sunt multiplicatae per differentias intrinsecas in individuis, quae dicitur haecceitates, ac profundè sunt ulterius incommunicabiles, haec enim sunt ea quae proprie numeraliter differre dicuntur, & dicuntur individua. Parum autem refert, quòd haec individua sint aequalis partibus, ut aliqui exposunt, quia apud admettentes talem inaequalitatem in individuo sub eadem specie, non obit de faciente illa essentialiter diversa, sed solum in individualiter, quia inaequalitas illa continetur intra latitudinem graduum individualium; qualis autem debeat esse numeralis multitudinis, de qua species dicatur, an actualis in re, vel saltem in intellectu, an sufficiat tantum aptitudinaliter dicitur de Sole, Luna, Phoenice, &c. dicemus art. 3.

65 Definitio etiam speciei subiectibilis est ex aetè tradita, ut patet discurrendo per eius particulas, cum enim dicitur species est quae subiecti generi, possit ita explicari, ut scimus in Inflic. cum communitur sit illa subiectibilis, quod generi immediatè in se iudicatur, per quod excludit individuum quod non subiacet generi immediatè, sed mediante specie, unde ipsa incompleta, seu generica, esse immunitè dicitur generi subdantur, ut q. praec. art. 3. dicitur esse haec tamen ei subdantur sub ratione speciei potius quae generis. Verùm quia praeterea quod apponendo ly immunitè ad ea addere novam particulam definitionis ad excludendum in individuo data haec expostivè sequitur, quòd homo non esset species subiectiva, vel corporis animati, quia sub nullo istorum immediatè ponitur, ut bene arguit Mayron. pass. 4. Ideò cum ipsobidem praetè dicere sensum illius definitionis esse, quòd species sit universale, quòd generi subiectiva, quia hic solum agimus de eo, quòd tanquam universale, seu unum ex quinque praedicabilibus subiacitur, unde eo ipso excludit individuum, quòd esse generi subiacitur, non tamen tanquam universale, quam expostivè recipiunt Lovaniens. & Averfa scilicet. 2. Ponceo. Joan. S. Th. & alii, licet Ponceus primè adhaeret responsioni. Quòd si obiectis speciem ut subiectibilem non esse universale, ac pròinde neque ut ponitur sub genere. Occurrit facile ex dicendis art. 2. sequi licet hoc formaliter, & reduplicativè species, ut subiectibilis non sit universale, materialiter tamen, & specificativè talis est, illa vero particula, ponitur sub genere, vel generi subiectivo, explicat naturam speciei subiectibilis, & relationem subiectibilitatis, per quam constituitur in tali esse, & tandem dum additur, de pluribus numero, quòd quid sit praedicatur, explicat modum subiectibilitatis, nempe subiecti in quid, & sic explanatae manent haec definitiones.

66 Ne autem ut constat ostendit Ariaggi d. 7. scilicet. a. in his definitionibus circulo committi dicitur, dum species per genus, & genus per speciem definiatur, observandum est cum Tatar. q. de specie §. secundo sciendum, quòd unum relativum non debet defini per suum correlativum, sed per suam tantum sui correlativi, ut evitetur circulus, & sic in proposito species non debet intelligi esse definita per genus formaliter captum, sed fundamentaliter, quam doctrinam latè prosequitur Blanc. scilicet. 3. de genere, & scilicet. 2. de specie, & ex eo ostendit quia genus respicit speciem, & species genus eo modo quo universale respicit inferiora, sed universale non respicit inferiora, ut relativa sunt, ergo nec genus speciem, nec species genus, minor patet, nam in definitione universalis nulla fit mentio relationis inferioritatis, definitur namque quòd sit unum aptum est

se in multis, ergo universale solum respicit inferiora, ut multa sunt, non ut inferiora sunt; sed quomodo unum relativum debet defini per aliud, dicemus disp. 8.

In oppositum obicitur 1. contra definitionem speciei praedicabilis, quia convenit aliis a definito, cum quia convenit Deo, qui praedicatur in quid de pluribus numero differentibus scilicet de Patre Filio, & Spiritu Sancto, qui in eadem natura subalternis constituentur numerum trium personarum. Tum 2. quia etiam persona de illis tribus, ut persona sunt, praedicatur in quid, talem enim conceptum esse ab illis abstrahibilem concedit Doct. 1. d. 23. q. un. in fine, & clarior d. 26. q. un. infra Y. & in illis reipsum multiplicatur quia tres personae divinae realiter inter se distinguuntur, ut personae sunt, & tamen neque Deus, nec conceptus personae divinae ad illa tria supposita est species. Tum 3. alia etiam multa praedicantur de pluribus numero differentibus in quid, quae tamen non sunt species, ut patet de anima rationali, de materia prima, de puncto; & alii quibusdam animis incompletae. Tum tandem quia differentia, proprium, & accidens praedicantur in quid, & ut tota essentia de suis inferioribus, rationale enim, risibile, & album praedicantur, ut tota essentia, de hoc rationali, de hoc risibili, & de hoc albo.

67 Resp. negando a sumptum, ad primam prob. constat ex dictis disp. praec. q. 2. ar. 3. prope finem, quòd natura divina in tribus personis existens nequit dici universalis per modum speciei, ut docet Doct. 1. d. 8. q. 3. prope finem, & Tatar. q. 1. praedicam. dub. 3. quia non est in eis cum sui divisione, ac multiplicatae numerali, sed eadem numero in omnibus, unde licet dici possint tres numero personae, non tamen tres numero Divinae ratione docet Scotus 1. d. 24. q. un. tria divina supposita non posse absolute, & simpliciter dici numero differentia, sed tantum secundum quid, scilicet cum hac determinatione personarum, quatenus dici potest, quòd sunt tres numero personae. Ad 2. difficillior est solutio, si datur talis conceptus communis personae ad tres divinas personas, quia talis ratio communis esset vere multiplicata in illis, & ideò variant Auctores, concedunt aliqui habere modum speciei, quia in ratione personae non nisi numero differunt. Ariaggi. disp. 3. scilicet. 3. inquit habere modum generis, quia divinae personae in ratione personae formalis diverse sunt, quia Paternitas, Filio, & Spiritio sunt relationes diverse spiritus, licet haec, id concedit scilicet tres divinas personas non solo numero differre, ad id tamen nec proprie differre specie, quia sunt propter aequales in perfectione, species autem nequeunt esse aequales, sed concludit conceptum personae, ut sic, participare de genere, & de specie, & esse universale quòd iam quòd Porph. ignoravit, qui tantum cognovit universale rerum creaturarum, ita loquitur disp. 5. scilicet. 2. Paqual, verò disp. 74. scilicet. 1. data communitate talis conceptus, negat habere rationem generis, vel speciei, quia unumquodque horum conceptum finitus est, ac limitatus, quicquid est in Deo, illimitatum est, sed non explicat postea qualis esset ejus universalitas. Nos dicimus, si admittatur, ut est satis probabile, communitas talis conceptus ad tres divinas personas, cum nulla correspondat realitas a parte rei per ipsam adequatè concepta, talem conceptum habere modum praedicandi speciei, tamen non est verè species, cum haec debeat praesferre realitatem potentialem ad haecceitatem, ut ait Scot. 1. d. 8. q. 3. in fine, quia licet Paternitas, Filio, & Spiritio, quatenus relationes sunt, aliter in ratione personae formalis non differunt, sed differunt contra speciem, etiam suo modo ille conceptus ex conceptu generico, & differentiali, cum abstrahi possit per intellectum adhuc inadquatè concipientem conceptus communis personae creatis, & increatis, ut Scotus docet loc. cit. qui habet modum generis, cum hoc tamen fiat, quicquid est in Deo a parte rei, esse infinitum, & illimitatum, nisi namque conceptus inadquati pendet ex nostro concipiendi modo, non explicat res, ut sunt in se distinctè, & adequatè.

68 Ad 3. respondent ex Cajet. Complut. Amic. Joan. de S. Thom. & alii, quòd entia incompleta sicut non ponuntur in recta linea, ita nec proprie, & simpliciter sunt universalis genera, aut species, sed tantum secundum quid. Sed ut constat ex dictis disp. praec. q. 4. dub. 2. etiam naturae incompletae fundare possunt veram, & perfectam universalitatem, quia eo semè modo respiciunt sua inferiora, sicut naturae completae, nam sicut animal est pars materialis hominis, & Leonis, & ut sic de illis praedicatur, sic animus est pars materialis aënis, vegetantis, & sentientis, & ut sic de illis praedicatur, ut le licet naturae in se sint incomplete, universalitas tamen illi conveniens est completa. Nec obstat, quòd non sint directè in praedicamento, bene enim stat, quòd aliquid sit directè in praedicabilibus, quòd indirectè tantum respiciunt in praedicamento, ut patet de differentia, quae est unum de praedicabilibus, & tamen non est directè in praedicamento, quae cum huiusmodi genera, & species dicuntur incomplete, id debet intelligi fundamentaliter tantum, non formaliter ratione ipsius universalitatis, cui doctrinae subiacent Muticia h. q. 3. dub. 6. Blanc. disp. 3. scilicet. 16. & alii. Ad 4. concedimus differentiam, proprium, & accidens sic considerata, in ordine scilicet ad propria inferiora, habere rationem speciei, tunc enim tantum quòd ut ratione illorum trium universalium, quando comparantur ad sua subiecta, vel quasi subiecta, ut notat Mayron. pass. 3.

69 Urgebis adhuc contra eandem definitionem, quia homo est species, & tamen praedicatur de pluribus specie differentibus, ut de masculo, & femina, plus namque differunt vir, & mulier, quam duo viri, sed hi numero differunt, ergo illi specie, quia inter differentiam numerariam, & specificam in illa mediatur. Haec de causa Rodolphus Agricola